



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**DE EXCELLENTI || DIVINAE GRATIAE NATVRA,|| & iis que
ad eam tùm obtinendam tùm conseruandam ||
requiruntur, de#[que] ipsius admirabili efficacia ||
DISPVTATIO,|| In inclyta et Catholica Academia ...**

**Valencia, Gregorio de
Stevartius, Petrus**

[Ingolstadt], 1576

Capvt Quartvm, Quo declaratur, prædictis actionibus hominem ad gratiam
disponi, neque eam, fide sola apprehendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46873](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46873)

didit: quasi verò ex hoc, quòd adiutorium gratiæ ad eas actiones necessarium esse, scriptura diuina testatur; non sequatur potius; liberum arbitrium gratiæ adiutum actiue ad eas conferre. Prorsus hoc credite (inquit S. Augustinus) sic vos agere bona voluntate, quia vultis, vti que agitis: non enim adiutor est illa, si nihil agitis: non enim cooperator est ille, si nihil operamini.

LVI. At, inquit Kemnitius, Augustini doctrina est, gratiam qua primò quis conuertitur operantem esse dicendam, quòd ipsa sola conuersione efficiat. Si solidioris doctrinæ plus habuisset Kemnitius, facile intellexisset non idcirco gratiam operari primam conuersionem, ab Augustino dici, quia voluntas eam conuersionem nullo modo eliciat; tunc enim secum Augustinus pugnaret: sed quia voluntas non cooperatur ad illam ex priori intentione finis, quo pacto peculiariter dicitur ad electionem mediõrum cooperari: sed tantum ex inclinatione gratiæ, à Deo illi infusæ: id quod propterea quòd ipsa conuersio est prima intentio finis, & finis quid est vltimi, qui est Deus: atque ita peculiariter Deo tribuitur, qui voluntati indidit gratiæ inclinationem. Quemadmodum etiam, eadem ratione solet à Philosophis voluntas naturalis circa finem auctori naturæ peculiariter ascribi. Ac admiranda sanè est^a Kemnitij, &^b Philippi Melancthonis, vel inconstantia, vel inscitia, qui cum (vt supra vidimus) otiosis mentibus negent gratiã contingere, assenserant tamen mentis arbitriũ in iustificatione merè passiuè sese habere. Quid est aliud, mentem, iustificationis tempore, otiosam non esse, quàm aliquid agere? Verum de hominum imperitiã dicemus adhuc plura.

Serm. 13. de verbis Apost.

Lib. de lib. arb. c. 17.

a In 6. c. Sess. 6.
b In loco de iustificatione.

CAPVT QVARTVM,

Quo declaratur, prædictis actionibus hominem ad gratiam disponi, neque eam, fide sola apprehendi.

LVII. Exposuimus quemadmodum actiones supernaturales ad gratiam obtinendam necessariae, & ab ipsa gratia procedant, & nihilominus eũ eiusdem gratiæ adiutorio sine libera. Id quòd iam fortassis (vt hoc obiter dicamus) Scholæ Tubingensis Theologi eo facilius dabunt, quòd à suo Luthero discedentes, congruentiam quoque præscientiæ Diuinæ, & libertatis siue contingentis actionum omnium humanarum, tam bonarum quàm malarum, magistris suos deserentes cum Catholicis concedunt: vt ex disputatione quadã, paulò antè, in illa Scholâ, ea de re, habita apparet. Qui vtiq; in aliis etiam, quo in errore versentur, agnoscerent.

LVIII. Porro ex hoc, quòd prædictæ actiones supernaturales, à gratia procedunt; ostendemus infra contra Pelagium, illas minimè eiusdem gratiæ

ex iustitia meritorias esse. Nunc verò easdem ad gratiam hominem disponere fatemur. Est enim hoc nihil aliud, quàm, cum ille per liberum arbitrium, & gratiam simul infusam liberè eliciuntur, adesse iam ex parte mentis humane illud, quod secundùm legem ordinariam existere oportet, ut in ea habitanda dona recipiantur, atque inhaereant. Non enim aliter voluit DEVS eiusmodi dona in mente, ut in subiecto recipi, nisi ab ea per ipsam gratiam ad una prædictæ actiones liberè oriètur; ut ita homo sese in DEVM convertendo, gratiam acceptet, modo supra à nobis declarato.

LIX. Et quoniam misericordia Dei, & merita Christi, ad gratiam ipsa consequendam, non prosunt homini eiusmodi actiones non elicenti actionem demùm prosunt, quando illas elicit; inde locutio illa nata est, ut attribui ad gratiam necessariis, Christi merita homini applicari, & (si vis etiam) misericordia Dei apprehendi dicatur.

locis paulò antè citatis.

LX. Ex quo licet advertere quàm inscitè hæretici quidam Lutherani, ac nominatim Melanchthon, & Kemnitius, cœdentes tandem neminem sine penitentiâ, charitate, & aliis motibus gratiam consequi; negant tamen eiusmodi actus dispositiones ad gratiam esse, aut illis perinde atque fide gratiam, & diuinam misericordiâ apprehendi, applicariue homini, Christi merita. Valde licet; rem verbis subiectam vici iam tandè admittere videntur, verba quoniam eorum vim ignorant, & surpare nolunt.

LXI. Etenim persuaserunt sibi homines contentiosi, neque satis Theologice periti; cum dicimus, prædictos actus ad gratiam disponere, illud mittere: homini propter illos, tanquàm propter merita, ex iustitia gratiam conferri, ut Pelagius aiebat, & idcirco ne merita Christi eleuare, ac nostra nimis extollere videantur, actiones nostras dispositiones esse, non cœdunt. Nō sicut (inquit Kemnitius) assuenda merita nostra meritis Christi, quasi illa non valeant sine nostris actionibus, gratiam nobis conciliare. Si propterea, quod ad gratiam prædictas actiones requirimus, atque ita dicimus dispositiones esse, Christi meritis assuimus merita nostra; videant quoque Lutherani, vici non ipsi etiam fidem saltem illis eodem modo assuunt, qualiscumq; illa deus fides sit, quam præter merita Christi postulant; ut nihil de alijs actibus dicamus, quos Kemnitius Melanchthonem secutus, etiam requirit.

LXII. At nos, inquiunt, non requirimus fidem, ut per illam, gratiam mereamur, sed ut merita Christi nobis applicemus, ut Dei misericordiam apprehendamus; reliquos verò actus, ad fulciendam fidem, qua sola gratia apprehendat. Credant nobis etiam, fidem & alios actus à nobis non peti, & per illos gratiam mereamur (arguemus postea huius erroris Pelagium) sed ut eadem Christi merita homini applicentur, & misericordiam Dei (si ita libet dicere)

cere) apprehendat. Expositum enim est satis, rem subiectam bis loquendi formulis, in omnes actus competere, qui necessarij sunt ad gratiam consequendam, rogati saltem vt credant hanc esse nostram mentem cum dispositiones ponimus, acquiescant; nisi forte expectant dum iusurandum etiam ad rationem & expositionem nostram, toties illis oblatam, adhibeamus.

LXIII. Nihil prætere à attinet de Scripturis dicere, quibus iam nominatim heretici abutuntur, vt euincant, vel solam fidem necessariã esse, vel certè illa sola gratiam apprehendi (distingunt enim aliqui eorum, imperitè satis hac duo) expositum est à Catholicis Doctoribus sæpè; illis tantùm doceri, fidem, vel salutis initium esse, vt Patres Concilij Tridentini post D. Augustinum tradiderunt, vel charitate & pœnitentia vitam, absq; operibus legis antiquæ, aut tollis omninò hominis meritis, satis esse ad gratiam obtinendam. Neq; enim fieri potest, vt fides ex qua iustum viuere scriptum est, sit fides illa qua mortua dicitur sine operibus; nisi forte intelligi potest, quis ex morte viuere.

LXIII. Illud tamen prætereundum non est, quòd huc sententiam illam contorquent, non in solo pane viuunt homo, sed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei, hoc, inquit, verbum, id est Euangelium, esse vnum illud, quod est porrò necessarium, de quo & dictum est: Misit verbum suum & sanauit eos. Idcirco igitur sola fide dicunt apprehendi Dei misericordiam; quippe qua sola creditur Euangelium.

LXV. Cæci sunt isti planè. Eslo sufficiat Euangelium (cum Euangelium dico, omnia quæ pertinent ad Euangelium dico) quem sibi daturum putant, satis esse Euangelium creditum ad gratiam obtinendam, & non etiam oportere, vt alia quæ in illo continentur, opere compleantur? Non de solo pane viuunt homo, sed de omni verbo, quod procedit de ore Dei, nunquid illud tantùm verbum processit de ore Dei; Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, viuet? Cuius quæso, est illud aliud; Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis, & illud etiam; Si quis diligit me, diligetur à Patre meo.

LXVI. Ergo contrà ac dicunt, faciunt Lutherani; de omni verbo, quod procedit de ore Dei, aiunt esse viuendum, immò verò ait Christus, ipsi autem non viuunt de omni verbo, sed de vno tantum, asserentes iustitia vitam fide sola apprehendi. Non rectè diximus de vno verbo viuunt, dicendū potius fuit, de vno verbo moriuntur, reiciuentes alia; siquidem fides sine operibus mortua est, præsertim verò istorum qua leuissimè arbitrantur se per gratiam viuere cum sint mortui.

Sessione 6. c. 8.
Lib. de prædest.
Sanctorum c. 7.
Abac. 2.
Iacob. 2.

Matth. 4.

Psal. 104.

Ioan. 11.

Luc. 13.

Ioan. 14.

CAPVT QVINTVM,
Quo, vanitas fidei specialis, quam hæretici requi-
runt, ostenditur.

LXVII. Libet enim, quoniam in hunc locum incidimus, paululum ex-
pendere, ecquæ nam sit fides, quam tantopere prædicant. Non sunt contenti, si
quis credat se esse in gratia morali certitudine, qualis haberi solet rerum transi-
entium, quæq; satis est ad animum serenandum in omni genere negotiorum. In-
bent unumquemq; perinde credere, se iam esse in gratia receptum ab Christi
merita, atq; alium quemvis articulum fidei. Hanc fidem quoniam fiduciam
& pacem affert voluntati, veluti ab effectu fiduciam appellant. Desperant
primùm^a Lutherus, consentiunt^b Protestantes, placuit idem^c Calixtus, deniq;
omnes hæretici recentiores in hac leuitate conspirant.

LXVIII. Ostensum verò est sæpè à Catholicis, fieri non posse, ut fide omni-
omniò formidinem depellente, id de se quisquam asseueret, eò quod, ut diu-
na promissio impleatur, qua Deus hominibus pollicetur gratiam propter Chri-
stum; necesse est illos gratia cooperari, ut suprà vidimus, quod, ut non, quæ-
admodum oportet, faciat, nemo citra reuelationem certò nouit. Ita, quoniam
certissimè sit credendum, remissionem peccatorum, & gratiam ipsam, quæ sibi non
desunt, contingere; nemo tamen credere, aut potest, aut debet, sine omni-
fidine, se iam omnia præstitisse, ad gratiam recipendam necessaria, ut præ-
clare est à Patribus Concilij Tridentini traditum.

LXIX. Non commemorabimus plurima quæ in Scriptura extant bonæ
veritatis testimonia, non Patrum sententias, non rationes, non deniq; ea quæ
lenissimè ab hæreticis dicuntur, ut huius veritatis argumentis occurrant.
quale est illud quod Kemnitius non sustinens vim illius loci: De proprio
peccato noli esse sine metu, festiuè satis propria autoritate fretus, dicit; à Pre-
tificiis locum esse corruptum. Tantùm, breuiter explicabimus istorum senten-
tia quàm sit absurda, quàm ipsorum etiam pronuntiatum parum consentaneum,
quàm denique leuibus nixa fundamentis.

LXX. Constituanus hinc peccatorem aliquem contra conscientiam, ut
isti loqui solent, id est, qui se paulò antè nefario scelere contaminarit, ut for-
to, ut adulterio. Debet is, inquiunt, primùm omnium credere sibi remissa esse
omnia peccata propter Christum, non minùs quàm quemvis fidei articulum.
hæc enim unica est eorum iudicij via, ut ei peccata remittantur. Len quæ-
ritur antequam talis credat sibi esse remissa peccata; ex fide sit certissimè,
illa ei nondum esse remissa? Concedent procul dubio; siquidem ita eam credi-
litem requirunt ad remissionem peccatorum, ut ante illam quicquid boni
de merito

Ita Philipus de-
clarat in loco de
iustificatione
tractans de vo-
cabulo fidei.
a art. 11. 12. &
14. damnatis à
Leone. X.
b art. 5. & 6.
Confessionis
Augustan.
c c. 5. 29. & 30.
sux institutione.

Sefs. 6. cap. 6.
Iob. 9. Ioël. 2.
Iona. 1. Psa. 18.
Pro. 20. Eccl. 5.
1. Cor. 4. Act. 8.
D. Hiero. lib. 1.
& 2. contra Pel.
D. Greg. libr. 9.
moral. c. 17. &
19. D. Bern. epi.
42. D. Chrysof.
Hom. 11. super
epist. 1. ad Cor.
D. Ansel. in cõ-
ment. eiusdem.
D. Aug. lib. 1. de
pec. mer. c. 9. &
10. & super Psa.
50. & serm. 16.
de verb. Apost.
& lib. 83. qq. q.
58. & in 2. ex
posit. Psa. 18.
defin. idem In-
noc. 3. c. vnico.
De purgatione
Canonica.
a cõ. c. 9. Sefs. 8.
6. Conci. Trid.